

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Crudelitas a  
cum fonte primo

Nunquid stultis et insensatis  
ac brutis animalibus leuia uerba  
et non magis aspera ut tales decet  
dum delinquent obicienda sunt?

Sepius enim contigit ut leuiter ac

dulcedine correptio prolata spernitur  
et contra humilitatis uerba despectionis  
iacula emittuntur,  
Proteruia dicit.

Augustinus in libro de conflictu uiciorum  
et uirtutum.

- Proteruia dicit:  
Numquid stultis, numquid insensatis  
ac brutis animalibus lenia uerba  
et non magis asperrima, ut talibus decet,  
dum delinquent, obicienda sunt?  
Sed mansuetudo respondet:  
Non tua in his persuasio,  
sed Apostoli sequenda est praeceptio,  
qui de hac sententia dilectum discipulum admonet  
dicens:  
*Seniorem ne increpaueris, sed obsecra ut patrem,*  
*iuuenes ut fratres, anus ut matres,*  
*iuuenculas ut sorores, in omni castitate.*  
Et rursus, *Seruuum*, inquit, *Domini non oportet*  
*litigare, sed mansuetum esse ad omnes,*  
doctorem patientem,  
cum modestia corripientem eos qui resistunt.  
Rursumque: *Argue, obsecra, increpa,*  
*in omni patientia et doctrina.*  
Quod uidelicet malum proteruiaae deterius adhuc  
subditos quam praelatos nocet.  
Saeplus enim contingit, ut leniter ac  
cum caritatis  
dulcedine prolatam correptionem spernant,  
et contra humilitatis uerba despectionis  
emittant iacula.
- ← Ambrosius Autpertus, *Libellus de conflictu uiciorum*  
*atque uirtutum*, 10 (CCCM 27B, R. Weber ed., p.917,  
ll.1-14).